



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros
distributae**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

XXII. [i.e. XX.] Ad Calantium matronam. Vetus scrip.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

256 D HIERON. EPIS.
mutuari. Hoc tantum, ne modum egrediare
stole, admonitam te volo. COGITA quoniam
die te esse morituram, & nunquam de secunda
nuptijs cogitabis.

XXII. Hieronymus Celsantia matrona. Eschiqu
neralis institutio ad Christianam pietatem, in
mulieribus modo, sed viris etiam ac studi
sis jure commendanda.

Ecli. 4. **V**Etus scripturæ celebrata sententia est, ebo
pudorem, quo gloria inveniatur & gratia; &
esse rursus pudorem, quo soleat parere peccatum.
Cujus dicti veritas, quanquam satis ad omnium
intelligentiam ipsa sui luceat claritate, mihi
tamen, nescio quomodo, in præsenti causa proprius
innocuit. Provocatus enim ad scribendum liter
ris tuis, quæ miris hoc à me obsecrationibus fla
gitabant, diu fateor de responsione dubitavi: si
lentium mihi imperante verecundiâ. Cuitamen
fortissimè resistebat & vim faciebat, precum tua
rum fidelis ambitio. Pugnabatque acriter cum
hesitatione mea humilitas obsecrantis: & magni
quâdam fidei violentiâ, oris claustra pulsabat.
Cùmque sic atimum utroq; nutantem cogitatio
diversa libraret, penè pudor exclusit officium.
Sed me illa, quam suprà posui, sapientis sententia
armavit ad depellendum inutilem verecundiam,
& damnosum silentium resolvendum: cùmunque
ipsam scribendi cautam tam honestam viderem
esse, tam sanctam, ut peccare me crederem sita
cerem: illud mecum scripturæ reputans: Tempus
racandi, & tempus loquendi. Et iterum: Ne re
micias verbum in tempore salutis. Et illud Petri:

Ecole. 3.
Ecole. 4.
I. Pet. 3.

Par.

Parati semper ad satisfactionem omni p̄scenti
vos rationem. Petis namque & solicite ac violen-
ter petis: ut tibi certam ex scripturis sanctis pra-
ficiamus regulam, ad quam ordines cursum vita-
tue, ut cognitâ Domini voluntate inter honores
seculi & divitiarum illecebras morum magis di-
ligas supellectilem, atque ut possis in conjugio
constituta non solum conjugi placere, sed etiam
ei qui indulxit conjugium. Cui tam sanctæ peti-
tioni, tamque pio desiderio non satisfacere, quid
aliud est, quam pro te ipsum alterius non amare?
Parebo igitur precibustuis, teque paratam ad im-
plendam Domini voluntatem, ipsi sis nitar incitare
sententias. IDEM enim verus omnium Dominus
ac magister, qui nos placere sibi jubet, etiam do-
cet quomodo placere possimus. Ipse itaque te in-
formet, ipse te doceat, qui interroganti in Evan-
geliō adolescenti, quid faceret ut mereretur vi-
tam æternam, divina continuo mandata propo-
nit: ostendens nobis ejus voluntatem esse facien-
dam, à quo speramus & præmia. Propter quod a-
lio testatur loco: Non omnis qui dicit mihi, Do-
mine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed
qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est,
ipse intrabit in regnum cœlorum. Quo manifeste
illud ostenditur, nos non sola Dei confessione tan-
ti præmij magnitudinem promere, nisi fidei &
justitiae opera conjuncta sint. Qualis enim est illa
confessio, quæ sic Deo credit, ut pronihilo ejus
ducat imperium? Aut quomodo ex animo ac ve-
rè dicimus: Domine, Domine, si ejus, quem Do-
minum confitemur, præcepta contemnimus?
Unde ipse in Evangelio dicit: Quid autem LUC. 6.
Voca-

*Operiosus
promere-
mur glo-
riam.*

Matt. 15. vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quod dico? Et iterum: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Etrussum

Malac. 1. loquitur per Prophetam: Filius honorificat patrem, & servus Dominum suum timet. Et si pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? Ex quo appareat nec honorari ab eis Dominum, nec timeri, qui eis precepit non faciunt. Et ad David expressius dicitur, qui peccatum admisit: Et pro nihilo duxisti Deum. Et ad Heli sit sermo Domini: Qui honorificat me, honorificabo eum: qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur. Et

2. Reg. 12.

2. Reg. 2.

*Contra
vulgi se-
rilitatem.* No s' securo ac bono animo sumus, qui per singula quaeque precepta inhonorantes Deum clementissimum, ad iracundiam provocamus, ejusque imperium superbissime contemnendo, in tanta majestatis imus injuriam? Quid enim unquam tam superbum, quid veretam in gratum videri potest, quam adversus ejus vivere voluntatem, a quo ipsum vivere acceperis? quam illius precepta despicer, qui ideo aliquid imperat, ut causas habeat remunrandi? Neque enim obsequi nostri Deus indiget, sed nos illius indigemus imperio. Mandata ejus desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum nimis, & dulciora super inel & favum: quoniam in custodiendis illis retributio multa. Et ideo nobis irascitur, idcirco magis illa immensa Dei bonitas offenditur, quia eam per tantum etiam premij detrimenta contemnimus: nec solum imperata, sed etiam promissa illius pro nihilo ducimus. Unde saepe, imosem-

Matt. 19. per illa nobis Domini revolenda sententia, Si

VII

Vis ad vitam venire, serva mandata. Hoc enim
 cor in obsecum legi agitur, hoc Propheta, hoc
 Apostoli docent: hoc a nobis & vox Christi, &
 sanguis efflagitat: quid video pro omnibus mortuis **2. Cor. 5.**
 et, ut qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui
 pro illis mortuus est. Vivere autem illi non est a **Christo**
 Iudicium, quam eius precepta servare quae nobis ille, **vivere**
 quasi certi in quoddam dilectionis Iudei pignus, **quid.**
 servanda mandavit. Si diligitis inquit, me, man- **Ioan. 14.**
 data mea servate. Et: Qui habet mandata mea,
 & servat ea, ille est qui diligit me. Ac rursus: Si **Ibidem.**
 qui, diligit me, sermonem meum servabit & pa-
 ter meus diligit eum & ad eum veniemus, &
 mansio nostra apud eum faciemus. Quin non diligit
 me, sermones meos non servat. **Charitas**
 tandem vera dilectio. Et qui perfecte amat, totam **tu magna**
 habet, et vindicat voluntatem. **Nihil est vita**
 nisi per charitatem. **Non vero caritatem**, di-
 ligimus si eius nos redemptos languine recorda-
 mat, ne magis velle, nihil enim ratione debemus a-
 gere, quam quod istum velle cognoscimus. **Duo gen-**
 erata sunt genera mandatorum, in quibus clau- **ne a misericordia**
 ditur tota justitia: prohibendi unum est, jubandi datorum
 alterum. Ut enim mala prohibent, ita praeci-
 piuntur bona. Ibi optimi operatur, hic studium.
 Ibi coercetur animus, hic incitatur. Hic si cille,
 illuc non secisse, culpabile est. Unde & Propheta
 eccl: **Quis est homo, qui vult vitam, & cupit vi-** **Ps. 33.**
dere dies bonos? Prohibe linguam tuam a malo,
 & labia tua ne loquaris dolum. Declina a ma-
 lo, & fac bonum. Et beatus Apostolus: Odientes **Rom. 12.**
 malum, adhaerentes bono. Hoc itaque duplex di-
 versumque preceptum, prohibendi scilicet &
 im-

imperandi, æquo omnibus jure mandatum est

Nullus à Dei mā-
datiss lib-
er.

Non virgo, non vidua, non nupta ab hoc imperio
libera est. In quovis proposito, in quovis gradu

æquale peccatum est, vel prohibita admittere, vel

justa non facere. Neque vero eorum te seducat
error, qui ex arbitrio suo eligunt, quæ potissimum

Dei mandata contemnunt, quæve quasi vilia re

Eseli. 19. parva despiciant. Nec metuunt, ne secundum di-

vinam sententiam, minima conterrendo, paulo
tim decidant. Stoicorum quidem est peccatorum

tollere differentiam, & dilecta omnia paria judi-

care: nec ullum inter scelus & erratum disseri
facere. Nos vero & si multum inter peccata disti-

re creditus, quia & legimus: tamen fatus prodesset

ad cautionem ducimus, etiam minima pro me-
mis cavere. TANTO enim facilis abstinentia

à quocunque delicto, quanto illud magis metu-

mus. Nec enim ad majora progreditur, qui enim

parva formidat. Et sane nec scio, an possimus levo

aliquid peccatum dicere, quod in Dei contem-

ptum admittitur. Estque prudentissimus, qui non

tam considerat quod iussum sit, quam illum qui

jussit: nec quantitatem imperij, sed imperantis

cogitat dignitatem. Aedificanti itaque tibi spiri-

tualem domum, non super levitatem arenæ, sed

super soliditatem petrae, innocentie in primis

fundamentum ponatur, super quod facilius pos-

sis arduum culmen justitiae erigere. Maximam

enim partem equitatis implevit, qui nulli nocuit.

Beatusque est, qui potest cum sancto Job dicere:

Nulli nocui hominum: justè vixi cum omnibus.

Unde audenter & simpliciter loquebatur ad Do-

mum: Quis est ille, qui judiceretur mecum? id est,

quis

Iob 13.

Matth. 7.

Innocen-

tia.

Eseli. 19.

Perca-

paria

Stoicis.

Parva

etiam

peccata

ea.

UNIVERSITÄTS-

BIBLIOTHEK

PADERBORN

quis tuum adversum me potest implorare iudicium, ut se la sum à me convincat? Purissimæ conscientiæ est, securè canere cum Propheta: Perambulabam in innocentia cordis mei, in meo domus tuæ. Unde idem alibi dicit: Non fraudavit eos Deus bonis, qui ambulant in innocentia. Iraq; malitiam, odium, atque invidiam, que vel maxima vel sola semini sunt nocendi; Christiana à se propellat anima: neque manu tantum, aut lingua, sed corde quoque custodiat innocentiam nec opere modo, sed voto etiam nocere formidet. QUANTUM enim ad peccati rationem pertinet, nocuit & qui nocere dispositus. Multi nomen illud absoluunt atq; integrè definiunt innocentem, qui ne in eo quidem nulli noccat quo professe desistat. Quod si est verum: tum demum lætare de innocentia conscientia, si, cum potes, adjuvare non desinas. Si vero divisa inter se ista atq; distincta sunt, aliudq; est non nocere quod si impotentes, aliud prodesse cum possit: aliud malum non facere, aliud operari bonum: illud tibi rursum occurrit, non sufficere Christiano, si partem unam justitiae impleat, cui utrumque præcipitur. NEQUIS enim debemus ad multitudinis exempla respicere: quæ nullam harum disciplinam sequens, nullum vivendi tenens ordinem, non tam ratione ducitur, quam quodam impetu fertur. Nec imitandinobis illi sunt, qui sub Christiano nomine gentilem vitam agunt: & aliud professione, aliud conversatione testantur: atque (ut Apostolus ait) Deum confidunt se nosse, factis autem negant. INTER Christianum & gentilem non fides tantum debet: sed etiam vita distinguere: & di-

Ps. 100.

Ps. 83.

*V. r. a quæ
jus fit a
pars im-
plenda.*

*Falsi
Christia-
ni.
Tit. E.*

ver-



Opera versam religionem per diversa opera monstrare
monstrat; Nolite (ait Apostolus) jugum ducere cum infide-
religione; libus. Quæ enim participatio justitiae cum ini-
 quitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras?

2. Cor. 6. Quæ autem conventio Christi ad Belial? Au-
 quæ pars filii cum infidelibus? Qui autem conser-
 fus templo Dei eum idolis? Sit ergo inter nos &
 illos maxima separatio. Disjungitur certo disen-
 mine error & veritas. Illi terrena sapient, qui ca-
 lestia promissa non habent. Illi brevi huic vita
 totos implicent, qui æterna nesciunt. Illi peccare
 non metuant, qui peccatorum impunitatem
 putant. Illi serviant vitijs, qui non sperant futuram
 præmia virtutum. Nos vero, qui purissima con-
 fitemur fidei, omnem hominem manifestandum
 esse ante tribunal Christi, ut reciniat uniuslonge
 propria corporis sui, prout gesit, siue bonorum
 malorum: procul deterrimus estis à vitijs, dicente
 apostolo: Qui enim Christi sunt, carnem suam cu-
 dificerunt, cum vitijs & concupiscentijs. Ne
 carbam si quæntur etiam antea, qui se veritatee
 pulos confitentur. Duas certe conversationis
 vias, & distincta in diversum itinera vivendi Sal-
 vator in Evangelio ostendit: Quam (inquit) spa-
 tiosa via, quæ dicit ad mortem, & multi sunt qui
 intrant per eam. Et rursum: Quam arcta via &
 angusta est quæ dicit ad vitam: & pauci sunt qui
 inveniunt eam. Vide quanta inter haec vias sepa-
 ratio sit, quantumque discriminem. Illa ad mortem,
 hæc tendit ad vitam. Illa celebratur & teritur
 multis: hæc vix invenitur à paucis. Illa enim vitijs
 per consuetudinem quasi declivior ac mollior, &
 velut quibusdam atra floribus voluptarum,

2. Cor. 5.

Gal. 5.

Matt. 7.

**Inter vitam
latam &
angustam
differen-
tias.**

cile ad se rapit commenantum multitudinem: hæc
vero insueto calle virtutum tristior atque horri-
dior, ab his tantum eligitur, quibus non tam dele-
tatio itineris cordi est, quam utilitas mansionis.

ASPERAM enim nobis, & insuavem virtutum Quid
viam nimia facit virtutum consuetudo: quæ si in viam fœ-
partem alteram transferatur, invenietur (sicut iutis a-
scriptura dicit) semita justitiae levis. Ponamus er-asperam
go jam rationem vitæ vestræ: & per quam potissi faciat.
mum gradiamur viam conscientiæ teste, disca-
mus. OMNE enim quod agimus, omne quod
loquimur, aut de lata, aut de angusta via est. Si Quomo-
cum paucis angustum iter, & subtilem quandam do angus-
semitam invenimus: ad vitam tendimus. Si vero ita via
morum comitamur viam, secundum Domini tenenda
sententiam, imus ad mortem. Si ergo odio atque est.
invicti possidemur, si cupiditati & avaritiæ cedi-
mus, si presentia commoda futuris præferimus,
perspicaciam viam incedimus, Habemus enim
ad hanc comitum multitudinem: & latè simillimum
superbum agminibus. Si iracundiam libidinemque
explicere volumus, si iujuriam vindicamus, si ma-
ledicenti remaledicimus, & adversum iniicum
iniaco animo sumus: æquè cum pluribus feri-
mut. Si vel adulamur ipsi, vel adulantem libenter
audimus: si verum dicere gratiâ impedimur, &
magis ostendere animos hominum timemus,
quam non ex animo loqui: de multorum via su-
mus. Tocnostri sunt locij, quot extranci veri-
tatis. At è contrario si ab omnibus vitijs sumus ex- Quando
træ: si purum ac liberum animum præstamus, tenetur
& omni cupiditate calcarâ, solis studemus divites via an-
gusta: virtutibus: per angustam viam nitamur. Con- gusta.
ver-



versatio enim ista paucorum est. Estque pertinaciam
atque difficile, idoneos hujus itineris comites
perire. Quin etiam multi hac ire se simulan-
& per diversa errorum diverticula ad viam ma-
titudinis revertuntur. Ideoque timendum est, q.
quos duces re Elii hujus itineris habere nos cre-
mus, eos comites habeamus erroris. Si igitur
veniuntur exempla, quae nos per hanc ducan-
tiarn, & rectum Evangelij trahit, teneant, se-
quenda sunt. Sin vero ea vell deficiunt, vel de-
cere putantur, Apostolorum forma uniusquis pro-
posita est. Clamat via electionis Paulus, nosque

*Paulus
imitan-
dus.*

I Cor. II. quod est amplius omnibus, ipsius Domini reluc-
Paul. II. exemplum, qui in Evangelio ait: Venite ad meo-
mnes, qui laboratis & onerati estis, & ego requie-
scere faciam vos. Tollite jugum meum super
vos, & discite a me, quia mitis sum & humili-
corde. Si periculorum est imitari illos, de qua-

*Christos
imitauis* bus dubitas an imitandi sint: hunc certe imita-
Ioan. 14. tutissimum est, atque ejus vestigia sequi, qui di-
I. Ioan. 2. errat, qui sequitur veritatem. Unde & Apostolus
Joannes ait: Qui dicit se in Christo manere, debet

Pet. 2. sicut ille ambulavit, & ipse ambulare. Et bestia
Petrus ait: Christus pro nobis passus est, vobis re-
linquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus;
qui peccatum non fecit, nec est inventus dolus in
ore ejus; qui cum malediceretur, non maledic-
bat, cum pateretur, non comminabatur: tradebat
autem judicantis se injuste. Qui peccata nostra
ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut pec-

etis mortui, justitiae vivamus. Cesset omnis ex-
cusatio errorum, auferantur peccandi foeda solita-
tis, Nihil omnino agimus, qui nos per multi-
itudinis exempla defendimus: & ad consolatio-
nem nostram, aliena saepe numerantes vitia, de-
esse nobis dicimus, quos debeamus sequi. Ad il-
lius exemplum mittimur, quem omnes fatemur
imitandum. Atque ideo praecipua tibi cura sit, le- Scriptura
gem nosse divinam: per quam possis quasi praesen- descend
te cernere exempla sanctorum. Quid faciendum reti-
sit, quidve vitandum, illius consilio disce. Maxi- neda est,
num enim ad justitiam auxilium est implere divi-
nis eloquij animum, & quod opere exequi cu-
pias, semper corde meditari. Rudi adhuc populo,
& hominibus ad obedientiam insuetis per Moy-
sea imperatur a Domino, ut in signum memorie,
qua præcepta Domini recordentur, per singulas Num. 10
vestimentorum simbrias habeant cum cocco & ya-
cinthini coloris insignia: ut etiam casu hoc illuc-
que respicientibus oculis, mandatorum coele-
stium memoria nascatur De quibus simbrijs Pha-
risei redarguuntur a Domino, quod eas perverso Matt. 23
usu, non ad communionem præceptorum Dei,
sed ad ostentationem sui habere coepint: ut sci-
licer quasi de majoris observationis diligentia,
sunt a populo judicarentur Tibi vero servantii
non iam literæ præcepta, sed spiritus, divi-
norum mandatorum memoria sp̄ ritualiter ex-
colenda est. Cui non tam frequenter recor-
danda sunt præcepta Domini, quam semper
 cogitanda. Sint ergo divinæ scripturæ semper
in manibus tuis, & jugiter mente volvan-
ter. Nec sufficere tibi putas mandata Dei me- mo-

Scriptu- moria tenere, & operibus obliuisci. Sed ideo
ra facto- la cognosce, ut facias quicquid faciendum di-
res requi- ceris. Non enim auditores legis sibi sunt ap-
rit.

Rom. 2. Deum: sed factores legis justificabuntur. Li-

quidem & immensus divinæ legis campus exu-
 ditur. Qui diversis testimonij veritatis, vel
 cœlestibus quibusdam floribus vernans, mira ob-
 lectatione legentis animum pascit ac resova.
 Quæ omnia semper cognoscere, secumque revo-

vere, ingens ad conservandam justitiam benefi-
 cium est. Sed quasi ad compendiosum locu quodam commonitorium, illa tibi Evangelij ergo

Tractatio- da sententia est, & superscribenda cordi tuo, quæ
loci Ev- ad totius justitiae brevia ium Dominico ore per-
angelici. fertur: OMNIA quæcumque vultis, ut sicut
Matt. 7. vobis homines, hæc & vos facite illis. Cujuspræ-
 cepti vires exprimens, jungit ac dicit: Hæc enim
 lex & Prophetæ. Infinitæ namque sunt species
 partesque justitiae: quas non modo stylo prole-
 qui, sed cogitatione etiam capere difficultum
 est. Quas omnes unâ ac brevi sententia compre-
 hendit: & latentem hominum conscientiam se-
 creto animi judicio aut absolvit, aut damnat. Ad
 omnem igitur actum, ad omne verbum, ado-
 mnem etiam cogitatum hæc sententia retrade-
 tur: quæ tibi quasi speculum quoddam paratum
 & ad manum semper positum, qualitatem tuę
 voluntatis ostendat: ac etiam vel de injusto ope-
 re redarguat, vel de justo lœtificet. Quotiescum-
 que enim talem in alterum habueris animum,
 qualem in te ab altero servari cupis, æquitatu-
 viam tenes. Quoties vero talis erga alterum fue-
 ris, qualem in te vis neminem, iter justitiae der-

liquit
 tumq
 peria
 diffic
 mi. N
 iam ju
 psum
 dua.
 mur.
 etiant
 jungi
 ciach
 se am
 alteri
 justiti
 litas t
 ai/ ô
 nobis
 si nob
 indig
 mo e
 rium
 traha
 vider
 sce, c
 rz m
 re, ne
 vatio
 suam
 liben
 jus c
 iam e
 zame

liquisti. En totum i. iud divinæ legis arduum, to-
tumque difficile. En ob quam causam dura im- *In eos, quæ*
peria Dominoreclamamus, & dicimus, nos vel fingunt
difficultate, vel impossibilitate mandatorum pre- *manda-*
mi. Nec sufficit quod jussa non facimus, nisi et *ta Dei*
iam jubentem injustum pronuntiemus: dum i. *impossi-*
plum æquitatis authorem non modò dura & ar- *bilia.*
dua, sed etiam impossibilia præcepisse conqueri- *Matt. 9.*
mur. Omnia, inquit, quæcunque vultis, ut fa-
ciant vobis homines, hæc & vos facite illis. Con-
jungi vult nos atque connecti per mutua benefi-
cia charitatem, omnesque homines vicario inter
se amore copulari: ut id unoquoque præstante
alteri, quod sibi ab omnibus præstari velit, tota
iustitia & præceptum hoc Dei, communis sit uti-
litas hominum. Et ô miram clementiam Domi-
ni! ô ineffabilem Dei benignitatem! præmium
nobis pollicetur, si nos invicem diligamus, id est,
si nobis ea præstemus invicem, quorum vicissima
indigemus. Et nos superbo simul & ingrato ani-
mo ejus renitimus voluntati: cujus etiam impe-
rium beneficium est. Nulli unquam omnino de-
trahas, nec aliorum vituperatione te laudabilem
viderivelis. Magisque vitam tuam ordinare di-
cere, quam alienam carpere. Ac semper scriptu-
ra memor esto dicentis: Noli diligere detrahe-
re, ne eradiceras. Pauci admodum sunt, qui huic
vitio renuntient: raroque invenies, qui ita vitam
suam irreprehensibilem exhibere velint, ut non
libenter reprobendant alienam. Tantaque hu-
jus malilibido mentes hominum invaserit, ut et-
iam qui procul ab alijs vitijs recesserunt, in istud
zamen, quasi in extremum diaboli laqueum inci-
N dant.

Ne pessimum offendamus.

Contra detractionem.

dant. Tu vero hoc malum ita effuge, ut non
de ipsa non detrahas, sed ne alij quidem dem-
henti aliquando credas. Nec obreftatoribus
toritatē de consensu tribuas, ne eorum vitiis

Prov. 24. nutrias annuendo. Noli (inquit scriptura) co-
sentaneus esse cum derogantibus aduersus pro-
ximum tuum: & non accipies super illum pecca-
tum.

Ecclesi. 28. Et alibi: Sepi aues tuas spinis, & noli audi-
linguam ne quain. Unde & beatus David diversa
innocentia species justitiaeque dinumerans, e-
hac quoque virtute non tacuit, dicendo: Ego

Ps. 14. propterea quod ipse non solum adveratur, sed
etiam persequitur detrahentem. Ait enim: De-
trahentem secreto proximo tuo, hunc persequi-

Ps. 100. bar. Est sine tale hoc vitium, quod vel impensis
extingui debeat, & ab eis, qui se sancte insutare
volunt, prorsus excludi. Nihil enim tam inqui-

tit animum, nihil est quod ita mobilem mentem
ac levem faciat, quam facile totum credere: &
obreftatorum verba temerario mensis affluisse.

qui. Hinc enim crebrae dissensiones, hinc odii
injusta nascentur. Hoc est, quod saepè de amicis
enim etiam inimicos facit: dum concordes qui-

dem, sed credulas animas maliloqua lingua dis-
sociat. At contra, magna quies animi magnifica-
est morum gravitas, non temere de quoquam
nisi quid audire. Beatusque est, qui ita se con-

tra hoc vitium armavit, ut apud eum detrahe-
nemo audeat. Quod si haec in nobis effet diligen-
tia, ne passim obreftatoribus crederemus, iam
minus detrahere timerent, ne non tam alios

quam seipso viles detrahendo facerent. Sed ho-

idem

idee malum celebre est, idcirco in multis seruet
hoc vitium, quia penè ab omnibus libenter audi-
tur. Adulatorum quoque assentationes, & noxia *Assen-
tationes* blandimenta fallaciae, velut quasdam pestes anime *tiones fa-
tigantes*. Nihil est quod tam facile corruptat mentes *gienda*.

hominum: nihil quod tam dulci & molli vulnere
animum seriat. Unde & quidam sapiens ait: Ver-
ba adulatorum mollia, seriunt autem i anteriora *Prov. 18*
ventris. Et Dominus loquitur per Prophetam:

Populus meus, qui beatificant vos, seducunt vos, *Ez. 3.*
& semitas pedum vestrorum dissipant. In multis,
ito maxime tempore, regnat hoc vitium: quod *Contra*
que est gravissimum, humilitatis ac benevolen- *conunne*
tia loco dicitur. Eos fit, ut qui adulari nescit, aut *vitiis si-*
invidus, aut superbus putetur. Est sane grande & *se. 110.*
subtile artificium, laudare alterum in commen-
dationem sui, & decipiendo animum fibi obligare

decepit: quodque hoc maxime vitio agi solet, fi-
tas laudes certo pretio vendere. Quæ hæc tan-
ta est levitas animi, quæ tanta vanitas, reliquæ
propria conscientia alienam opinonem sequi, &c
quidem fictam atque simulatam? capi vento falsæ
laudationis, gaudere ad circumventionem suam,
& illusionem pro beneficio accipere? Tu ergo, si
verè laudabilis esse cupis, laudem hominum ne
requiras: illique præpara conscientiam tuam, qui
& illuminabit abscondita tenebrarum, & mani- *1. Cor. 4.*

habit consilia cordium, & tunc laus tibi erit à
Deo. Sitigitur intentus ac vigilans, & aduersus *Animus*,
peccata semper armatus animus tuus. Sermo: *Scribo*,

omnibus moderatus & parcus: & quin necessita-
tem magis loquendi indicet, quam voluntatem.
Oinet prudentiam verecundia: quodque præ-

270 cipuum in fœminis semper fuit, cunctas interi-
Pudor. rutes pudor supereret. **D**iu antè considera quid lo-
Quomo- quendum sit, & adhuc taceas provide, ne quide-
de loquū- dum.
dum.

cipuum in fœminis semper fuit, cunctas interi-

rutes pudor supereret. **D**iu antè considera quid lo-

quendum sit, & adhuc taceas provide, ne quide-

xisse pœnitentia. Verba tua ponderet cogitatio, &

linguæ officium animi libra dispenset. Unde sci-

Eccles. 28. prura dicit: Argentum & aurum tuum confla,

verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo re-

ctos; & attende, ne forte labaris linguā. Nunquam

malum verbum de ore tuo procedat: quæ ad cu-

mulum benignitatis, juberis etiam maledicenti-

bus benedicere. Misericordes, inquit, modello,

humiles, non reddentes malum pro malo, neque

maledictum pro maledicto: sed è contrariobie-

nedicentes. **M**ENTIRI VERO atque jurare lin-

guā tua prorsus ignoret, tantusque in te sit ven-

fugienda, amor, ut quicquid dixeris, juratum putes. **D**euso

Salvator ad discipulos ait: Ego autem dico vo-

bis, non jurare omnino. Et paulo post: Sit au-

tem sermo vester, est, est: non, non. Quod autem

his abundantius est, à malo est. In omni iugitu-

Praesentia tu atque verbo quieta mens & placita servetur

Deis semper que cogitationi tuæ Dei præsentia occu-

rat: sit humilis animus ac mitis, & aduersus soli

vicia erectus. Nunquam illum aut superbis ex-

tollat, aut avaritia infestat, aut ira præcipite-

NIHI enim quietius, nihil purius, nihil deni-

que pulchrius eâ mente esse debet, quæ in De-

habitaculum præparanda est: quem non auro

tempia fulgentia, non gemmis altaria distin-

delectant, sed anima ornata virtutibus. Ideo

templum Dei sanctorum corda dicuntur, affi-

mante Apostolo, qui ait: Si quis templum De-

a Cor. 3. violaverit, disperdet illum Deus. **T**emplu-

men

enim
habet
Hec
stos
quod
oian
mus.
gnus
venie
pheta
per h
mea
quz
aut fr
cordi
haber
ruin
form
milit
piora
Nulli
nequ
natas
perso
fed ar
lem c
liberi
Deus
apud
& pa
lultri
scato
dunc

Templa

Deis.

A. Cor. 3.

enim Dei sanctum est, quod estis vos. **N I H I L**
 habet humilitate præstantius, nihil amabilius. **H**
 Hæc estenim præcipua conservatrix, & quasi cu-
 stos quedam virtutum omnium: nihilque est,
 quod nos ita & hominibus gratos & Deo sociat,
 quam si vita merito magni, humilitate insimi-
 mus. Propter quod scriptura dicit: Quantæ ma- **Ecccl. 2.**
 gni es, humili te in omnibus, & coram Deo in-
 venies gratiam. Et Dominus loquitur per Pro- **Ezra. 66.**
 phetam: Super quem alium requiescam, nisi si-
 per humilem, & quietum, & trementem verba
 mea? Veruntamen humilitatem sequere, non
 quæ ostenditur atque simulatur gestu corporis,
 aut fraciâ voce verborum: sed quæ puro affectu
 cordis exprimitur. **A L I U D** est enim virtutem **Virtus fe-**
 habere, aliud virtutis similitudinem: aliud dñe-
 rum uitram sequi, aliud veritatem. Multo de- **caruam.**
 formior illa est superbia, quæ sibi quibusdam hu-
 militaris signis latet. Nescio enim quomodo tur-
 piori sunt virtus, quæ virtutum specie cœlantur.
 Nulli te unquam de generis nobilitate præponas,
 neque obscuriores quasque & humiliore loco
 natæ te inferiores putes. Nescit religio nostra
 personas accipere: nec conditiones hominum,
 sed animos inspicit singulorum. Servum & nobi-
 lem de moribus pronuntiat. **S O L A** apud Deum
 libertas est, non servire peccatis. Summa apud
 Deum nobilitas est, claram esse virtutibus. Quid
 apud Deum in viris nobilis Petro, qui pescator
 & pauper fuit? Quid in fœminis beatâ Mariâ il-
 lutrius, quæ sponsa fabri describitur? Sed illi pi-
 scatori & pauperi cœlestis regni à Christo cre-
 duntur claves. Hæc sponsa fabri metuit esse ma-

N. 3.

viii

Vera li-
 beritas &
 nobilitas.

Petrus.
 Maria.
 Mat. 1.
 Mat. 16.

1. Cor. 1.

ter illius, à quo ipsæ claves datae sunt. Elegit enim Deus ignobilia, & contemptibilia hujus mundi, ut potentes ac nobiles ad humilitatem facili adduceret. Nam & alias fristrà sibi aliquis de nobilitate generis applaudit: cùm universi parisonis & ejusdem apud Deum pretij sint, quia Christi sanguine sunt redempti: nec interest, qui quis conditione natus sit, cùm omnes in Christo æqualiter renescamur. Nam et si obliviscimur, quia ex uno omnes generati sumus, saltim *lejunium* semper munus debemus, quia per unum omnes regeneramur. Cave ne si jejunare aut abstinere cœperis, te putas esse iam sanctam. Haec enim virtus adjumentum est, non perfectionis virtutis. Magisque id providendum est, ne in hoc cùm licet contemnas securitatem quodam dilectionis tuum faciat. Quicquid supra justitiam ostentatur Deo, non debet impedire justitiam, sed iuvare. Quid autem prodest tenuari abstinentia corporis, si animus intumescat superbia? Quia laudem merebitur de pallore jejunij, si invicti lividi simus? Quid virtutis habet inumosabere, & ira atque odio inebriari? Tunc, inquam, præclaræ est abstinentia, tunc pulchra atque magnifica castigatio corporis, cum est animus juvenis à vitijs. Ino qui probabiliter ac scienter abstinentia virtutem tenent, eo affligunt carnem suam, q[uod]o animæ frangunt superbiam: ut quasi se quodam fastigio contemptus sui atque arroganter descendant ad implendam Domini voluntatem, quæ maxime in humilitate perficitur. Ideo a vitijs ciborum desiderijs mentem retrahunt, ut totam ejus vim occupent in cupiditate.

Abstinen-
tia perfe-
cta.

virtutum. Jamque minus jejuniorum & absti-
 nentiae laborem caro sentit, anima esuriens justi-
 tiam. Nam & vas electionis Paulus, dum castigat *Ab in-*
 corpus suum, & in servitatem redigit, ne alijs *ia u. r.*
 predicans ipse reprobis inveniatur, non ad so- *ut eis*
 lam (ut quidam imperiti putant) hoc facit casti *pro l. f. o-*
 tem. Non enim huic tantummodo, sed omnibus *mni. 10.*
 omnino virtutibus abstinentia opitulatur. Ne- *E.C. 9.*
 que magna aut tota Apostoli gloria est, non forni-
 cari: sed hoc agit, ut castigatione corporis cru-
 diatur animus: quantoque nil ex voluptatibus
 concupiscit, tanto magis possit de virtutibus
 cogitare: ne perfectionis magister imperfectum
 aliquid in se ostendat: ne Christi imitator extra
 preceptum quicquam aut voluntatem Christifi-
 ciat, neve minus exemplo, quam verbo doceat,
 cumque alijs praedicaverit, ipse reprobetur, au-
 diatque cum Pharisæis: Dicunt enim, & non fa- *Matt. 23.*
 ciunt. A P O S T O L I C I verò & præcepti est, &
 exempli, ut habeamus rationem non conscientia-
 tentium, sed etiam famæ. Non superfluum, & à
 fructu vacuum gentium magister hoc docet: vult *Fame ras-*
 enimetiam extraneos ad fidem homines per fide- *tio have-*
 lum opera proficere, ut religionem ipsam reli- *da est.*
 gionis disciplina commendet. Et ideo sicut lum - *Phil. 2.*
 naria in mundo lucere nos jubet in medio natio-
 nis pravæ & perversæ: ut incredulæ mentes erran-
 tiæ ex nostrorum actuum lumine ignorantie fuę
 tenebras deprehendant. Unde & ipse ad Romanos *Rom. 12.*
 ait: Providentes bona non solum coram Deo, sed
 etiam coram hominibus. Et alibi: Sine effusione *1. Cor. 10.*
 sanguinis Judæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut
 ego per omnia omnibus placebo: non quarens
 N. 4. quod

quod mihi utile est, sed quod multis. Beatus si
quitam sancte, tamque graviter dispositum vitum
suam, ut de eo sinistri aliquid ne fingi quidem pos-
sit, dum ad eversus obrectatorum libidine impo-
gnari meriti magnitudo: nec fingere quisquam au-
sus est, quod a millo putat credendum. Quod si
affl. qui difficile atque nimis arduum est, saltem
hanc exhibeamus: ut noscere diligentiam, ne
malae mentes occasionem inveniant detrahendi,
ne ex nobis scintilla procedat, per quam adver-
sus nos sinistra fama flamma confletur. Alioquin
frustra irascimur obrectatoribus nostris, si in
ipsis obrectandi materiam ministramus. Si au-
tem nobis diligenter atque solicite omnia ad ho-
nestatem providentibus, cunctisque actibus no-
stris timorem Dei preferentibus illi nihilominus
infanunt: consoletur nos conscientia nostra, quia
tunc maxime tuta est, tunc optimè secura est, cum
ne occasionem quidem male de se fentiendi de-
dit. Illis enim valet dicitur per Prophetam, qui di-
cunt, quod bonum est malum: qui lucem appelle-
rant tenebras: & quod dulce est, amarum vocant.
Nobis ergo Salvatoris aptabitur sermo: Besti-
estis cum vobis maledixerint homines mentien-
tes. Nos modò id agamus, ut male de nobis ne-
mo loqui absque mendacio possit. Ita habeto
solicitudinem dominus, ut aliquam tamen vacatio-
nem animæ tribuas. Eligatur tibi oportunus &
querens aliquantum à familia strepitu remotus locus, in
etiam conque mutu velut in portum, quasi ex multa tempe-
jugibus. state curarum te recipias, & excitatos foris cogi-
tationum flatus, secreti tranquillitate compo-
nas. Tantum ibi sit divina lectionis studium: tam

*Consola-
tio con-
scientia.*

Isa. 5.

Matt. 5.

*Secessus
querens
etiam con-
jugibus.*

crebræ orationum vices , tam firma & pressa de futuris cogitatio , ut omnes reliqui temporis occupationes facile hâc vacatione compenses . Nec hoc ideo dicimus , quo te retrahamus à rebus : imò id agimus , ut ibi discas , ibique mediteris , qualcum tuis præbere te debeas .

XXIII. Hieronymus luliano , qui cùm díves & potissimum intra paucos dies duas plias & uxorem , nec multo post bonam possessionum partem amisit . Hunc in comparatione patientis lob consolatur , & ad perfectam vitam mundique contemptum adhortatur .

Filius meus , frater tuus , Ausonius , in ipso jam professionis articulo , cùm mihi præsentiam sacerdotiæ dedisset , & citò abstulisset , atque in puncto temporis , salve pariter , valde dixisset : vacuum se redire arbitratus est , nisi mearum aliquid id te nugarum tumultuario sermone portaret . Jamdem illo synthematè equus publicus sternebatur , & nobilem juvenem pugice à indutum tunica balteus ambiebat : & tamen ille appositio notario cogebat loqui , quæ velociter edita , velox conquereretur manus : & linguae celeritatem prenderent signa verborum . Itaque non scribentis diligentia , sed dictantis temeritate longum ad te silentium rumpo , offerens tibi nudam efficaciam voluntatem . Extemporalis est epistola , absque ordine sensuum , sine lenocinio & compositione verborum , ut totum in illa amicum , nihil de oratore reperias . In procinctu effusam putas , & ahuc cupienti ingestum viaticum . Divina scripture

*Causam
scribendi
explicat.*

N 5

lœ-